

¶ VIII. *holum Apostolicum, Catholicam appellare voluit Ecclesiam.*

56. *Accedit verò & altera appellationis ratio verum minùs propria à Temporis conditione petita. Cum enim Christianismum summa calamitas, per hereses varias occupasset, & tamen unusquisque suam opinionem, pro verâ Christi doctrinâ obtruderet: obtinuit tandem usus, confirmantibus hoc ipsum Imperatorum quoque legibus, ut Catholici dicerentur, qui universalem doctrinam Prophetarum & Apostolorum de unâ & aeterna divinitate filij Dei amplecterentur.*

57. *Quam utrâque ob causam, Catholicorû nomē negari nobis nullo modo vel potest vel debet.*

58. *Ridiculi verò sunt Pontificij, qui Ecclesiam appellari Catholicam volunt à propagatione doctrinae, quae tempore eodem per universum terrarum orbem, una prorsus eademq; sonet: Et talis cum sit Pontificiae doctrinae ratio: merito igitur suae Ecclesiae hanc appellationem competere dicunt.*

59. *Vtraque enim premissarum falsissimis nititur principijs. Et maior quidem propositio vitiosa laborat definitione ejus, quod propiè in hoc articulo dicitur Catholicum.*

60. *Neque enim, uti patet ex supra dictis, Catholicum definitur, quòd ubique, semper, & à universis maximè fuit creditum: vel etiam Catholica dicitur Ecclesia, quae ubique sèper existit*

*Quod*